

De hoc codice cf. AL no. 2127; J. Kelle, art. cit. (Die philosophischen Kunstausdrücke).

Stiftsbibliothek, 832 (A.D. 1465) 485 pp.
Chart., 220x160 mm., longis lineis, ab una manu exaratus, p. 365, 478-485 vacant, p. 2: Sigillum monasterii S. Galli, p. 478: 'Liber monasterii Sancti Galli'.

1 (p. 2-179) JOHANNES <RUCHERAT DE> WESALIA, *Disputata circa librum Porphyrii. Inc.*: Quaeritur primo: Utrum logica sit scientia? Pro intellectu istius quaestionis et generaliter totius materiae praeambulae etiam circa quamcumque scientiam ..., - (q. 2) Quaeritur: Ad quid sit utilis logica ..., - (q. ult.) Quaeritur: Utrum divisio accidentis cum aliis duabus definitionibus nominis sint bene positae .../... rationis ipsius accidentis (p. 2-5 Tabula quaestionum).

2 (p. 180-364) ID., *Disputata libri Praedicamentorum. Inc.*: Circa initium Praedicamentorum quaeritur: Utrum scientiae praedicamentorum sit assignandum aliquod subiectum? Notandum quod in ista quaestione duo quaeruntur ..., - (q. 2) Quaeritur: Utrum septem sint antepaedicamenta ..., - (q. ult.) Quaeritur: Utrum quattuor sit genera oppositionum .../... per intellectum illius rei per diversa nomina diversa significantia.

3 (p. 366-474) ID., *Disputata libri Perihermenias. Inc.*: Circa librum Perihermenias Aristotelis quaeritur primo: Utrum scientiae libri Perihermenias enuntiatio sit subiectum? Notandum: Iste liber denominatur Perihermenias Aristotelis ..., - (q. 2) Quaeritur: Utrum ea quae sunt in voce sint notae earum passionum quae sunt in anima et quae scribuntur earum quae sunt in voce ..., - (q. ult.) Quaeritur: Utrum propositiones contrariae plus opponuntur quam earum oppositiones (?) .../... veritate essent contraria. Disputata veteris expliciunt artis ... collecta sunt Erfordiae per magistrum venerandum Johannem per Vacsalie (?) Expliciunt Disputata libri Perihermenias Aristotelis completa in studio Erfordiensis anno 1465 quarta die post annuntiationem Mariae virginis. Deo gratias (p. 475-477 Tabulae). Cf. Lohr, MLAC XXVII 276.

De hoc codice cf. Datierte Handschriften III/1 70 no. 193.

Stiftsbibliothek, 833 (XII) 30 pp.

Perg., 234x120 mm., longis lineis, ab una manu exaratus, p. 3: 'Cuono grammaticam, Henricum expositiones et derivationes et exemplar, et Teodulum et Catonem et regulas et glossas dialecticae, Heberat Stacium, Wernere Tullium', p. 3: Sigillum monasterii S. Galli.

1 (p. 4-7) ANON., *Editiones in Isagogas Porphyrii. Inc.*: Cum Porphyrius Isagogarum librum hac intentione conscripserit ut viam facilem ad praedicamenta pararet tractando de genere specie et ceteris .../... de his quibus priora scilicet

multa inconvenientia haberemus.

2 (p. 8-15) ANON., *De categoriis pauca*. *Inc.*: Quaerendum est: Cur dicat Aristoteles denominativa differre ab his a quibus denominatur .../... et calorem sub passione et passibili qualitate.

3 (p. 15-16) ANON., *De oppositorum tractatu*. *Inc.*: Falsum videtur quod dicit Aristoteles alterum opponi alteri quadrupliciter .../... simul esse non posse.

4 (p. 17) ANON., *De simul*. *Inc.*: De simul et priori auctoritatem non habemus utrum sint genera et aequivocationes

5 (p. 17-19) ANON., *Pauca de Perihermeniiis*. *Inc.*: Dum in secunda editione plenarie singula Aristotelis dicta sit B<oethius> prosecutus, exigit ratio ut pauca sint sique ex nostra parte voluerimus apponere .../... neque cum superiori ulla ratione vera esse potest.

6 (p. 19-21) ANON., *De libro Divisionum parum*. *Inc.*: Quaeritur primum: Cuiusmodi divisio sit haec divisio alia generis in species alia totius in partes .../... generis in species divisio.

7 (p. 22-26) ANON., *De categoricis syllogismis*. *Inc.*: Videtur B<oethius> Aristoteli et sibi contradicere, cum in hoc uterque consentiat quod punctum terminus lineae sit .../... determinandae ceterorum modorum regulae.

8 (p. 26-30) ANON., *De hypotheticis syllogismis*. *Inc.*: Determinandum primo videtur: Quomodo intelligere debeamus hoc quod dicit B<oethius>, omnis conditionalis propositio .../... nullo modo ut supra dictum esse poterit. Explicit de hypotheticis syllogismis.

De hoc codice cf. M. Grabmann, *Bearbeitungen und Auslegungen der aristotelischen Logik aus der Zeit von Peter Abaelard bis Petrus Hispanus*, *Abhandlungen der Preußischen Akademie der Wissenschaften, phil.-hist. Kl.* (1937) Heft 5 spec. 46-47.

Stiftsbibliothek, 835 (A.D. 1425) 318 pp.

Chart., 220x150 mm., binis columnis, ab una manu exaratus, p. 68, 291-317 vacant, p. 288: Sigillum monasterii S. Galli.

1 (p. 3-67) CONRADUS SEGLAUER, *Lectura tractatum Petri Hispani*. *Inc.*: Lecturus tractatum Petri Hispani intendo comparare dicta Occam, Buridani et Alberti ..., - (*text.*) Dialectica est - In littera ut ex dictis colligitur definitio dialecticae .../... (*IV*) latius dixi in exercitio. Et sic est finis huius quarti. Explicit Lectura primi et quarti tractatum reverendi magistri Cuonradi Seglauer per me Hainericum Boesch de Wila tunc temporis studentem Ulmae in die Philippi et Jacobi apostolorum hora tertia post meridiem anno 1425.

2 (p. 69-290) ANON., *Circa notitiam Parvorum logicalium*. *Inc.*: (p. 69-159, *De suppositionibus*) Circa notitiam Parvorum logicalium dubitatur primo: Utrum notitia Parvorum logicalium sit scientia ..., - (p. 159-189, *De ampliacionibus*) Circa notitiam Ampliationum cuius subiectum est ly ampliatio ..., - (p. 190-191,